

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Illvstrivm Virorum Epistolae, Hebraicae, Graecae et
Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra
aetate doctissimum diuersis temporibus missae**

Reuchlin, Johannes

Hagenoae, 1519

Ioannes Crachenberger Ioanni Reuchlin [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270838)

I O. REUCHLIN. LIBER PRIMVS

Vale ex Vienna, die xxvi. Martii. M. CCCC. lxxxii.

Ioannes Crachenberger Ioanni Reuchlin Phorceſi. S. D.
Pergratum mihi fuit digniſſime uir in literis tuis ad Petru Bo-
 nomum mei memoriam feciſſe, & Amphiois titulo decorariſſe.
 Placuit proſecto illud adiectu, omnes enim, ut dicitur, ſua uita
 te laudis rapimur, quauis nullos muros huc uſq; adificare potuerim
 ſed fundo iam uillae coepto ſub ſpe altioris ſtructuræ exornadae, e ter-
 ra ſaltem ſerpere non ualeo. Tenax gleba eſt, nec uicinis noſtris grat⁹
 labor, Scit tua humanitas quid uelim, ſupplicauit tibi ut de nomine
 graeco inueniendo opera adhiberes, quo honeſtius in latinis literis
 q̄ barbaro hoc uti poſſem, an feceris ignoro. Iteru oro, ut id facias,
 & ſi tibi dignu uidebit ad me ſcribas. Nec dedigneris hoiem qui ſe
 diu tibi totu dedit, & inter ſeruos numerari tuos delectat. Vale do-
 ctorum decus, Ex Lyntz xix. Februarii. Anno M. CCCC. lxxxiii.

Ioannes Fuchſimag Iuris utriuſq; Doctör, Ioanni
 Reuchlin Phorceſi. S. D.

Gratiffimum fuit uidere figurã Sephiroth, quo lucidius intelli-
 go, & compertum habeo hebraeos gentẽ ſuperſtitioſiſſimã &
 illoru autores. Pridie rex Vngariæ literas ad Caſareã maieſta-
 tem ſecundis rebus geſtis plenas dedit. Quia uero illæ totu chriſtia-
 nitatis nomen hilaritate exultare, noſq; omneis uictoriae cõgratula-
 bundos facere debent, eas te latere nolui. Quidam inſignior Turci
 capitaneus Alobec appellatus, qui Symandriam uulgo Sandro di-
 ctam tenet, quindecim milibus uiroꝝ tranſſyluaniam in Siben-
 burgen inſperato ingreſſus, magnam & hominum & aliarum reru
 prædam captam abigere tentauit, quoniam tunc illæ terræ capite
 carebant, cum Vuayuoda Tranſſyluanus officium ſuum reſignauit,
 nec dum alius ſubſtitutus extitit. Turcus ipſe in hac rerum conſu-
 ſione uictoriae ſpem ſibi facile perſuaſit. Quod proſecto ut concepe-
 rat (niſi Deus Opt. Max. populum ſuum armaſſet) factu facile fuit
 Sed cum ita ſæuiſſent in omnẽ ætatem, abituriq; fuiſſent, neceſſe e-
 rat iter arripere per quædam loca aſpera, montofa, & ſtriſtiſſima, ut
 bini uno ordine uix incedere poſſent. Noſtri gratia omnipotentis
 animis confortati, illam conuallem & Cluſam priores occupauere,
 & tranſeuntibus Turcis exitum ademerunt. Commiſſum eſt preliu
 Turci qui in illo ſtriſto ſe conglomerare & acies ſtruere minime po-
 b iii